e-codices

AL N on remiſſura eſ mihi illam · Me pro me reſponſa tibi
Al N on remitteſ :· Me ſciſ iam dudum omnem meam ſententiam
Al S atin tibi iſtuc in corde eſt certum . Me quin ego cōmentor quidem
N on edepol tua iſtec dicta nunc in aureſ recipio · Al non
H em quid agis · Me igitur animum aduorte iam ut quod agaſ ſciaſ
A tque ita me dij deæq; ſuperi atq; inferi & medioxumi itaq; me
I uno regina & iouiſ ſuppremа filia · itaque me ſaturnus patruuſ
E iuſ ecaſtor pater itaq: opſ opulenta illius avia
Al I mmo mater q̄ · Me iuno filia & ſaturnus patruuſ eſt ſum' iupiter
Al T u melenis propter te hec pecco . Mel perge dicere
Al A n ne ut etiam quid conſultura ſis ſciam . Me pge eloqui nō remittam
D efinitum eſt . Al enimuō ita me iupiter itaq: me iuno & ſaturnus rex
Q uid dicam neſcio iā ſcio immo mulier audi meaȝ
V t ſciaſ ſententiā dij me magni minutiq; & patellarij
F axint ut ego demiuiuſ ſuauium ſilenio n̄ ego teq;
T uamq; filiam meq; hodie obtruncauero poſtea autem
C um primo luci cras niſi ambo occidero & equidē hercle niſi
P erdam te tertio omniſ afflixero · niſi tu illam remittis ad me dixi
Q uae uolui vale . Me abijt intro iratus quid ego nunc agam :·
S i redierit illa ad hunc ibidem loci reſ erit ꝟ odium occeperit
I llam extrudem quom hanc uxorem lenniam duc& domū
S ed tn̄ ibo et perſequar amanſ ne quid faciat cauto opuſ eſt
P oſtremo qn̄ equa lege pauperi cum divite non lic& perdam
O peram potiuſ q̄ carebo filia . ſ; quiſ hic ē q recta platea
C urſum huc contendit ſuum & illud paueo
E t hoc formido ita tota ſum miſera in metu .

LAMPADICVS S PHANOSTRATA MVL MELENIS LENA

A Num ſectatuſ ſum clamore per uiaſ miſerrumā habui
A vt illec hodie quot modiſ moderatrix fuit atq; inmemorabilis
Q uot illi blanditiaſ :· quid illi promiſi boni :· quot admovi fabricas :·
Q uot fallaciaſ in queſtione uix excuſſi :· ut diceret qa ei promiſi
D olium uini dare . Ph audire uocem viſa ſum an ædeſ modi mei
L ampad&ci ſerui . Laȝ non ſurda eſ hera recte audiſti . Ph qd agis hic :·
Laȝ Q uod gaudeaſ · Ph quid id eſt · Laȝ hinc ex hiſce ędib; paulo prius
V idi exeuntem mulierem . Ph illam quę meā gnatam ſuſtulerat
Laȝ I am rem teneſ · Ph qd poſtea . Laȝ dico ei quo pacto eam

: Ab ypodromo :

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 80v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/80v)